PIUS PP VI

Venerabiles Fratres Salutem et Apostolicam benem Exponi Nobis nuper fecit Dilecta in Xpto Filia Anna Principissa de Cetner Sanguszko Cra
covien seu alterius Civitatis vel Diocesis quod introducta Lite et Causa inter ipsam Exponentem ex una et Dilectum Filium Casimirum Principem Sapie
=ha partibus ex altera coram Dilecto etiam Filio Ordinario Cracovien de et super nullitate Matrimonij inter partes Collitigantes nulliter et de facto con
tracti ex defectu dispensationis apostolice super dirimenti impedimento Affinitatis vel alias pro ut latius in actis cause specificatur idem Cracoviensis
ordinarius suam tulit definitivam Sententiam cujus vigore nullum et irritum prefatum Matrimonium declaratum fuit sec interposita pro parte
dicti Casimiri ad Sedem Apostolicam appellatione attentis peculiaribus Circumstantijs dicta Exponens Nobis humiliter suppri fecit quatenus Causam
et Causas appellationis et appellationum ex gratia Speciali in Explum nunquam afferenda ac quacumque ulteriori appellatione remota dummodo Secun
=da Sententia sit prime conformis qui tamen in Judicio procedant servata forma Constitutionis Benedicti Pape XIIIJ super hoc edite et cum
hoc quod quod presentes ante illarum executionem Nostro et Sedis Apostolice Nuntio in Regno Polonie commoranti exhibeantur audien et deciden
committere aliasque Ei in premissis de opportuno iuris remedio Subvenire paterna sollicitudine curaremus Nos igr Unicuique justitiam ut decet ministra
=ri cupientes ac statum et merita Cause et Causarum hujusmodi presentibus pro expressis habentes ipsamque Exponentem a quibusuis excoij et interdicti
aliisque Ecclicis sententijs censuris et penis si quibus quomodolibet innodata existit ad effectum presentium tantum consequendum Earum serie absolventes
et absolutam fore Censentes hujusmodi supplicationibus inclinati Fraternitati Vestre Fratres Archiepiscope et Episcopi per presentes committimus et man
damus quatenus Vos vel duo aut Unus Vestrum vocatis ad id qui fuerint evocandi causam et causas prefatas cum omnibus suis inciden dependen
emergen annexis et connexis totoque nego principali auctoritate Nostra audiatis cognoscatis decidatis fineque debito terminetis quacumque appellatione ut
prefertur remota dummodo secunda sententia sit prime etiam ut prefertur conformis Nos enim Vobis et vestrum cuilibet etiam per edictum publicum
constito de non tuto accessu tam adversarium omnesque alios quos opus fuerit Citandi illique et quibus videbitur sub sententiis censuris et penis inhibendi ac
inobedientes in illas incidisse iuxta Foa Concilij Tridini declaran aggravandi reaggravan et interdicendi auxiliumque brachij Secularis si ad hoc opus
fuerit invocandi nec non attata et inota quecumque pro ut de iure revocandi ceteraque in premissis necessaria et opportuna faciendi exercendi et exequendi
plenam et liberam aplica auctoritate tenore presentium concedimus facultatem non obstantibus premissis ac Constibus et Ordibus Aplicis ceterisque contrijs qui
buscumque Datum Rome apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die XIX Decembris MDCCLXXXVI Pontus nri Anno Duodecimo

Pro Magistro Brevium
J. Bruner Officialis deputus
F. M. [illegible]

[illegible signature]

Ferdinandus Maria Saluzzo Patritius Neapolitanus ex Ducibus Coriliani Dei et Apostolicae Sedis gratia Archiepiscopus Carthaginensis Sanctissimi Domini Nostri Domini Pii Divi-
na Providentia Papae VI. Praelatus Domesticus et Pontificio Solio Assistens, Ejusdemque et S. Sedis Aplicae in Regno Poloniae et Magno Ducatu Litvaniae cum Facultatibus Legati de
Latere Nuntius.
Omnibus et singulis quorum interest, aut quomodolibet interesse poterit significamus, Supra extensas Literas Aplicas exhibitas et praesentatas vigore Clausulae in iis contentae nobis
fuisse. Datum Varsaviae die decima sexta mensis Januarij Anno Domini Millesimo, Septingentesimo, Octuagesimo Septimo.
Ferd. Archiepus Carthaginensis Nuncius Aplicus

Reproductum Area Agitationum Causa in Caden Judicio Terrestrium Lublinen Fra [illegible] pt [illegible] S. Francisci Conf. A. Dni 1787. Andreas Kozmian Judex Terrae Lublin. Josephus Czerwski [illegible] Cancellarius

Venerabilibus Fratribus Archi-
episcopo Gnesnen et Episcopis Cujavien
et Smoloscen Ano 1786 d. 19 Xbris Roma 9

Hyppolit
1786. 49